Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



affecti sunt barbari. Antoninus uexata magna
ex parte Regionum Parthorum Defatigatisque rapi-
nis et cedibus iam Militibus uniuersis, In Meso-
potamiam se recepit. ¶ Ad Senatum populumque Ro-
scribit, uniuersum se cepisse orientem: Illic sibi
cessisse omnes. Senatus non ignorans quae gesta
fuissent (Imperatoris enim gesta latere nequeunt)
omnes victoriae honores timore assentationemque
decernit. ¶ Post haec in Mesopotamia moram
Antoninus traxit: ubi Aurigationi uacabat:
et cuiusque generis Animalia cedebat. ¶ Duo sibi ex-
citus Praeferti erant. Alter omnino Senex:
Alioquin indoctus: et omni Politicarum rerum
experientia carens: qui semper Militiae operam dedi-
sse uidebatur. Huic Audens nomen erat: Al-
ter Macrinus uocabatur: qui magnam rerum forem-
sium experientiam habebat: ac ne mediocrem
quidem Legum scientiam. ¶ In hunc tanquam non Mili-
tarem: neque Stremium Publice saepe ad tumpes
usque Blasphemias, conuitia torquebat. ¶ Postquam
audiuit ipsum uita uti Libera: uilia esculenta

Antoninus.
Mesopotamia
Audens.
Macrinus.